



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Caupones, & qui cibum vendunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

[illegible]

Caupones, & ij, qui cibos vendunt.

6. Quando probabiliter putantur accedentes ad hos non violatur jejuniū, posse caupones, & vendentes cibos iis ministrare, vendere, atque invitare, patet ex se Sed quid, si sit dubium; adhuc poterunt: quia, nisi certò constet contrarium, nemo est præsumendus mali: atque adeò, non est præsumendum jejuniū violaturus.

7. At quando probabiliter, vel certe sciunt violaturos, concessu est difficilis. Concedimus tamen si probabiliter. Ita Sancib. v. conf. c. 1. de m. n. 2. lege item Dian. p. 1. tr. 9. ref. 3. 8. & eundem Sancib. lib. 1. in dec. c. 7. m. 32. Ratio concessionis est, quia ministratio illa, imò ultroanea invitatio non fit à Caupone, vel Venditore directè alliciendo ad non jejunandum, atque adeo peccandum; sed ad lucrum explicandum, idque sciunt; probedque non sunt ementes; & ex alia parte, illa subministrandi, atque invitandi actio, opus est ex se indicere, cum possint illi cibi emi ad licitum usum; & quamvis per malitiam accedentium conjugatus talis emptio, cum peccato transgressio nis præcepti, vendentes tamen excusantur propter officiū quod ipsi sine fraude exercent: eosdem Caupones posse nolle recipere, eos qui cenaturi non sunt, modo ex circumstantiis illud nolle; & quævalere coactioni, probabilis est sententia. Tunc enim non compellunt ad cenam, sed utuntur jure suo, dum hospites alliciunt: Cujus rei clara conjectura est, quia j si possent, illi vellent, solum cenare non præmittendum prandium, & sic non violare jejuniū, quare sensus Cauponū est hujusmodi: Si tu velis apud me divertere, manè à cibo abstineas, cenaturus apud me vespere; sed de alio hospitio tibi consule. An Caupones possint ministrare carnes, innum per occasionem *mor. n. 14.*

Amici.

8. Quidam die Quadragesimali nobilem per familia-
rem hospitio sub vespertis recepturus lautissimam cœ-
nam ex permixtis cibis, atque lacticiis, ut erat dives &
libertatis amans, cum paravisset; cognovit nobilem
illen amicum cum toto comitatu opipare per viam apud
alium hospitem manē comedis: incidit ergo in scru-
pulum, an posset illam cœnam expectatis hospitibus pro-
ferre, offerre, ministrare; imò & eosdem invitare ad sese
reficiendos, certus non paucos ex comitatu sine ulla ne-
cessitate jejuni leges violaturos, ac sine ulla lacticiis
se refecturos?

9. Diximus primò: (nam Nostros consilij gratia con-
venit) parare cenâ, proferre, ministrare urbanitatè, gra-
tiâ eum licitè posse. Ita Trull lib. 3. in dec. c. 2. d. 5. §. 18.
Anglez in floribus, q. 7. de jejuniis diffcult. 4. in concl. quia ex
una parte ratio Hospitij excusat, & ex alia hæc sunt ope-
ra indifferentia, nec ex se mala; poterunt enim hospites
tantum ex ea cenâ, si velint, accipere, quantum sufficit
ad vespertinam refectunculam, si plus assument, sibi im-
putent, cum scire debeant, hæc fieri solere ad ostentatio-
nem liberalitatis, conciliationemque amicitie: non ve-
rò ad eos omnes cibos ventri insarciendo.

10. Diximus secundò:hæc exhibere ex directâ intentione, ut hospites cœnent, licitè non posse; quia id esset velle eos hîc, & nunc peccare, ut modò n. 1. dictum est.

11. Diximus tertio : posse licite tum paratis forte ali-
bi cœnare: sic Escobar ex Sâ exam. 13. tract. 1. de jejuniis. c. 3.
fin. tum etiam non paratis offerre cœnam, cœdemque
invitare

§. VI. De obligatione non cooperandi cum aliis in
fractione jejunijs.

*V*n etiam sit, comentionem indebitam ministrare
aliqui Fidei ex intentione, ut ille jejunium fragar
et mortalest enim directè intendere re moraliter ma-
gisque rationem tamen ad id fit, si sine hac intentione mi-
nistretur comelio? Ad ergo, ut ordine queramus, dicamus
de Patre, vel Domino: Secundo, de Cauponibus,
ad quos vendituris: Tercio, de familiaribus, & amicis.
*A*d alii Fidei) nam respectu fidelium, vidè qua di-
cuntur, lib. 3. c. 16. & universum plura cooperatione cum
in peccato dicitur, Deo dante, lib. 3. c. 1. §. 7.

Pater, & Dominus.

1. Patrem, & Dominum ad compellendos filios, vel
fideles, ut jejunent, non obligo. Ita *Fag. pr. Eccl. 4. l. 1. c. 1. n. 1. fin. Sancti lib. 5. c. 1. d. 7. & Azo. p. 1. l. 2. c. 1. n. 1. ad monendum, corrigendum, & delectum in-
dependunt, obligati eosdem puto. Ita iidem. Ratio est,
quia filii ad seveli, juxta illud 2. ad Timoth. 5. *Si quis suo-
rum, & maxime domesticorum, curam non habet, fidem ne-
get, & est infideli deterior*, ad Patrum, Dominorumque
potatem pertinet. Et quia id non sunt horum Prælati, nec
spiritalem in his jurisdictionem exercent, monere pos-
sunt, atque debent: non verò compellere.*

Quare poterunt, imò & debebunt illis cibos, quamvis fiant eos non jejunaturos, ministrare; quia ex natura hanc subministratio opus est ex se indifferens; & et alia Patrem, Dominumque excusant proprium officium alimenta suis cum debita liberalitate præbendi, modò secundum auctoritatem, quæ in illos pollent, moneant, & incipient, prout dictum est.

4. Ipsi nem famuli, s. filii, similesque subditi poterunt
Dominis, Patribusque frangentibus jejunium, scientes
cibus parare, ac ministrare. Ita Azor. p. 1. l. 7. c. 3. l. 9. 11.
Sancti. lib. 1. in dec. c. 7. n. 1. 3. quia hæc fuit opera ex se in-
differentia, & ex alia parte, famulatus, ac filiationis ratio,
ipios facis excusari.

3. Sed quid? Possuntne licite Domini, laboriosas actiones servis, filiisque, imò & operariis imperare, quibus consequenter fit, ut hi à jejunii lege liberentur. R. Respon-

Pays L.